ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 11r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

ac perfossum vas implere anhelantes Sicut
Basilius ait.

De vestibus cetisque corporis cultibus.:-

Quoniam fortasse quod de vestitu cetisque corporis cultibus sentiam, Absoluam paucis quid arbitror faciendum. Tonderi aut amicari ultra quam necessitas sit, Aut improbum est testimonio diogenis aut improbo. Statque ornatum esse in corpore ornatu aut lenis est hominis et omnino vani aut illius qui probatum insidiatur virginum matronarumque castitati. Observandum est ne quod superuacue molaris, ne plus corpori tribuas quam animae commodum sit. Turpeque regi fuerit propter nimiam corporis curam effeminatum iudei. Est autem adhibenda in omni cultu munditia non odiosa neque exquisita nimis. Si agrestem que fugiat et inhumanam negligentiam. Nam Demosthenes et hortensio probro datum est, quia vestitu et cetero cultu corporis nitido venusto minisque accurato fuisse traduntur. Puero tamen et viro regi dignitatis habenda est ratio ne dum iactantie rumorem fugit in anxietate labat infamia quia nihil est imperitante detestabilius.

De institutione mentis, et quomodo nihil preciosius sit in homine intellectu et ratione